172

1510. 1. Augusti

Sigismundus I. Rex Poloniæ Capitaneis Præfecturar. Rñi:

Gnose fidelis dilecte! Scripsit nobis Capneus Camenecensis, Tartaros esse in Campis, in dominia Nrã invadere velle. Cui etsi demandavimus, ut diligenter observet, quorsum ijdem Tartari sint se conversuri, et ut cum stipendiarijs Nrĩs et cum Podolitis campestraliter jaceat, tamen misimus ad Palatinos Lrás vestium, ut si opus fuerit ad bellum consurgant, et nobilitatem ad proficiscendum in hostem exciteut, non tamen ut vestes, nisi in summa et certa necessitate dimittantur. Tibi verò mandamus, ut interea jam nunc in Capitaneatu tuo proclamari facias, ut quisque ex Nobilitate ad bellum obligatus equos, viros, arma parata habeat; ut cum vestes imminente necessitate, emissæ fuerint, sine mora progredi ad bellum possit, utque homines cauti sint, ne ab hoste subito oscitantes opprimantur. Tu verò in exeundo non ultimus, sed primus sis, ut cæteri in tuo Capitaneatu te sequantur. Quod si secus feceris, reus Nobis et Reipublicæ judicaberis. Datum Cracoviæ, 1. Augg. 1510.

Tartarica